Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31239
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">

transtulerunt: Qui ut supra diximus: quia solus est: non indigo & noie:
Iouem autem illum esse: qui sit ex ope Saturnoq; natus non pōt negari:
Vnde igitur persuasio est eorum: qui nomen Iouis sumo deo tribuunt: So
lent ꝗdam errores suos hac excusatione defendere: qui conuicti de
vno deo: cum id negare non possunt: ipsum se colere affirmant: Verum
hoc sibi placere: ut Iuppiter nominetur: quo quid absurdius: Iuppiter
ꝗ sine contubernio coniugis filiorq; soli non solet: Vnde qui sit: ipse &
nec fas est: id nomen eo transferri: ubi nec minerua est ulla. nec Iuno.
Quid ꝗ huius nominis proprietas non diuinam vim exprimit: sed humana
nam: Iouem ꝗ Iunonemq; a iuuando esse ductos Cicero mēpriretur: &
Iuppiter quasi iuuans pater dicitur: quod nomen minime in deum cō
gruit: quia iuuare est hōis opis aliquid conferentis in eum: qui sit alieno
& exigui beneficij: Nemo sic deum precatur: ut se adiuuet: sed ut se iu
uet: ut uitam salutemq; tribuat: quod multo plus ac maius tribi est: q̄
iuuare: Et qm̄ de patre loquimur: nullus pater dicitur filios iuuare: cum
eos generat aut educat. Illud ꝗ leuius est: q̄ uteo uerbo magnitudo pater
ni beneficij exprimatur: Qto id magis inconuenient est deo: qui verus
est pater per quem sumus: & cuius tot sumus: a quo fingimur: ani
mamur. illuminamur: Qui nobis uitam impertit: salutem tribuit: se
iuuari tm̄modo a deo putat: Ergo non impius modo: sed & impius
est: qui nomine Iouis uirtutem summae pietatis imminuit:
Quare si Iouem & ex rebus gestis & ex moribus hominem fuisse: in
terraq; regnasse deprehendimus: superest: ut mortem quoq; eius inuesti
gemus: Ennius in historia sacra descripsit omnibus: quē in uita sua
gessit: ad ultimum sic ait: Deinde Iuppiter postq̄ q̄nquies terras circuiuit
omnibus amicis atq; ignatis suis impia diuisit. reliquitq; hoibus leges
mores. frumentumq; parauit: multaq; alia bona fecit: immortali gloria
memoriaq; affectus: sempiterna monumenta suis reliquit: etate plum
ata in creta uitam commutauit: & ad deos abiit: eumq; curetes filij sui
curauerunt: decorauerunteq; eum: & sepulcrum eius est in creta: moppi
do enolo: Et dicitur vetera hanc urbem creauisse: In qua sepulcro eius
est inscriptum antiquis litis graecis ΔΙΟΣ ΠΑΤΡΟΣ ΚΡΟΝΟΥ. Id est latine Iuppi
tris Saturni: Hoc certe non poetae tradunt: sed antiquarum rerum scriptores:
quae adeo vera sunt: ut ea sibillinis versibus confirmentur: qui sunt tales

Minerua. Iuno.

Cicero

Iuuare quid sit & cuius

Pater

Ennius in historia sacra

Epitaphium Iouis

Dicmones maimes cadauerum simulacra mortuorum: Quorum